

Liber Tertius

Q De peccato in spiritum sanctum **Capitulum xxij**
 Namvis omne peccatum sit generaliter contra deum trinu
 z vnum. appropriate tamen dicitur aliquod peccatum esse i pa
 trem aliquod in filium aliquod in spiritum sanctum. In patrem enim
 peccatur ex impotentia. in filium ex ignorantia. in spm sanctum ex mali
 cia. Hoc est quando voluntas potest z scit resistere alicui malo. z tam
 ex sola malicia illud eligit. Peccatum in spm sanctum mere procedit ex
 improba voluntate liberi arbitrij. z directe impugnat gratiam spiritus
 sancti. Et ideo non habet colorem excusationis. Quia q̄tum est de se
 directe impugnatum est medici z remedij per quod habet fieri re
 missio peccati. Peccatum in spm sanctum dicitur irremissibile in hoc se
 culo z in futuro. non quia dimitti non possit sed quia raro dimittitur
 aut vix in hoc seculo q̄tum ad culpam. Item quia modicum aut quia
 nihil dimittitur in futuro q̄tum ad penam. Item quia non legitur di
 missum. propter hoc dicit irremissibile. Sicut Melchisedech dicit esse
 sine patre. quia non legitur de eius patre. Item quia aduersatur toti
 remissionis scz spm sancto. Item ppter impotentiam hominis qui se vix
 potest preparare ad gratiam quam tanta moles peccati premit. Scie
 dum q̄ hoc nome irremissibile accipitur tripliciter. scz negative vt pi
 delict q̄ nullo modo potest remitti. hoc modo peccatum angeli z da
 natouum est irremissibile. Item priuatiue vt q̄ non habet congruentiam
 ex se quare debeat remitti. licet ex congruo dei possit omne peccatum
 remitti. hoc modo quodlibet peccatum mortale est irremissibile. Item
 contrarie fm q̄ habet aliqua culpa contrariam dispositionem ad re
 mittendum. hoc modo peccatum in spm sanctum est irremissibile. quia
 contrariatur gratie remittenti peccatum. z hoc per desperationem vt
 presumptionem vel alias species huius peccati. Sex sunt species huius
 peccati in spm sanctum. scz desperatio. presumptio. impugnatio verita
 tis agnitione. inuidencia. cacitatis fraterne. obstinatio finalis impenitentia.
 Horum numerus accipitur. In remissione tria sunt scz ipse remittens
 z ille cui remittitur. ac dispositio remittendi in eo cui remittitur. Item
 in ipso remittente duo sunt. scz misericordia z iusticia. Contra primum
 est desperatio. contra secundum presumptio. Item in eo cui remittitur
 duo sunt scz dolor de commisso. z propositum de no committendo. Co
 tra primum est obstinatio. contra secundum finalis impenitentia. Pre
 terea dispositio remittendi in eo cui remittitur est duplex scz cognitio
 veri. z amor boni. Contra primum est impugnatio veritatis agnitione.
 Contra secundum inuidencia caritatis vel gre frne de finali impenitentia.
 Nota q̄ si dicat adinuacem pcti plqz ad fine vite sic in oi pcto in quo
 quis decedit e final impenitentia negative. scz finalis impenitentia proue
 est vna species peccati in spiritum sanctum fm q̄ hic sumitur sic dicit